

trivium de Lays et ab illo trivio usque ad quercum supradictum manumitto
trado dono et concedo franchisæ et perpetuae libertati sub conventionibus
infra scriptis videlicet quod ego pro me et heredibus et successoribus
meis quos ad hæc observanda in perpetuum obligo specialiter et expresse
quitto et remitto dictis hominibus meis universis et singulis in dictis
locis morantibus et de cætero moraturis et eorum heredibus in perpetuum
omnem tailliam complaintam exactiones et extorsiones universas et sin-
gulas corvatas jornales recognitions que solebant levare quando pater
vel mater donabat seu legabat aliquam possessionem in vita et in morte
liberis suis vel liberi patri vel matri suæ vel hinc inde fiebant successiones
ab intestato et recognitions quas consueverant præstare tenementarii in
mutatione domini et bannum meum de Augusto et denarios qui debebantur
de pedagio mense Augusti et per totum annum pro asinata vini quitto
in perpetuum et remitto dictos vero homines vel aliquem ex ipsis ego et
heredes mei non poterimus nec debebimus de cætero capere nec redemp-
tionem seu aliquid aliud petere vel extorquere ab eis per nos vel per
alium nisi tantummodo pro delicto Possessiones vero suas poterunt quan-
documque voluerint tradere et concedere cuilibet ad super servicia me
etiam inconsulto ad usagium Villafranchæ et sciendum quod terras domos
vineas nemora prata et alias possessiones ad dominum meum spectantes
sitae in dictis locis quando venales fuerunt expositæ Ego et heredes mei
ad manum nostram non poterimus nec debebimus per nos vel per alium
emere nec retinere vel facere retineri sed licebit cuilibet eas vendere cui-
cumque voluerunt ita tamen quod coram me et heredibus meis compa-
reant contrahentes ut per me vel heredes meos investiatur emptor et satis-
faciat mihi vel heredibus meis de laudibus et venditionibus inde conting-
tibus ut fieri in talibus consueverint pro castro vero et burgo de Castle-
lione reficiendo facient expensas homines et me sequentur in chalvagatas
ut fieri consueverint salvo donjone pro quo reparando nihil debent pres-
tare verum si contingat me vel heredes meos aliquid acquirere infra dictos
terminos ex emptione seu donatione aut permutatione vel alia qualibet de
causa contigerit aliquid acquirere vellansgium aliquod de prædictis sic acqui-
sitis tam emptor quam tenementum erunt in libertate et franchisia ante dicta
hanc autem libertatem et franchisiam quietationem et omnia prædicta et singu-
la pro me et heredibus ac successoribus meis universis et singulis quos ad
hæc servanda in perpetuum obligo promitto per juramentum super sancta dei
evangilia præstitum firmiter et inviolabiliter observare et contra per me vel
per alium facto vel verbo in judicio vel extra aliquatenus non venire nec con-
sentire alicui volenti contrari et nihil in contrarium per me vel per alium